

SS 1726

SYN OEQ.

87

ALMÆ LUDOVICIANÆ

RECTOR

JOH. BARTHOLOMÆUS
RÜDIGER

SS. THEOL. DOCT. ET PROFESSOR ORDINARIUS
VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO
LECTIONES ÆSTIVAS
SINGVLORVM

PER OMNES FACVLTATES PROFESSORVM
PVBLICAS PRIVATASQVE

*GENERE VIRTUTE AC DOCTRINA
FLORENTISSIMIS*

ACADEMIÆ NOSTRÆ STUDIOSIS

RITE MERITOQVE

INDICIT ATQVE

COMMENDAT

SVB SIGILLO ACAD. MAIORI

ANNO MDCCXXVI. DIE XXVIII. APRILIS.

GIESSÆ, Typis Vid. Joh. Reinh Vulprii, Acad. Typ.

IN FACULTATE THEOLOG.
JOANNES CHRISTOPH. BIELENFELD,
Theologus Primarius.

POSTquam institutiones methodi concionandi unâ cum introductione generali in *Epistolam ad Galatas* absolvit, porro eandem tractatione Exegetico- Porismatico-Homileticâ ad finem perducet. De cæterò *universam Theologiam Moralem*, cujus & necessitas & utilitas in omnibus Theologiæ partibus commendari satis haud potest, privatim præleget & examine simul instituto, mentibus inculcare sataget.

JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,
SS. Theol. Doct. & Prof. Ordin. Consist. Princip. Assess.
& regionis Marpurgo Darmst. Superint.

MUnus onusque quod gestat *Rectoris* quoad concesserit, *Oeconomiam Gratiæ N. T. generalem* publice præleget; *privatis* autem horis, sibi consuetis, in quo substitit de *Peccatis Loco* perget; eoque confecto, articulorum fidei *Centrum*, de *CHRISTO* ejusve *Persona & Officiis*, sincere tradere atque inculcare adnitetur.

JOH. GOTTFREDUS SCHUPART,
SS. Theol. P. P. O. Consistorii Princip. Adessor & Dioces.
Alsfeld. Superintendens.

LECTIONES Theologicas cum Positivo-Polemicas tum Exegeticas strenue porro urgebit, quibus, post nundinas, Collegium vel *Morale junger* vel *Pastorale*, prout vota Dna. Commilitonum ferent.

JOH. GEORG. LIEBKNECHT,
SS. Theol. D. & Professor P. Ordin.

INchoatum nuper *exercitium disputatorium* continuabit, et privatim *lectiones exegeticas* in S. Euang. LYCAE instituet, nec iis deerit, qui *Theologiam positivam* in B. Beieri, vel etiam Venerab. D. Buddei Institutiones desiderant.



82

IN FACULTATE IURIDICA

IMMANUEL WEBER / D.

Jctus Academiae Pro-Cancellarius.

DUm propter valetudinem non satis integram de Lectionibus vel publicis vel privatis impraesentiarum spem nullam facere possum: ideo peto, hac vice mihi ignoscetis. Deo vites largiente, resarciam, quae nunc non praesto.

JO. GODOFREDUS HARTVNGIVS, D.

Consiliarius Hasso-Darmst. & Iur. Prof. Ordin.

*P*ublico in explicandis Pandectis ad ductum Compendii *Lauterbachiani* progrediatur, *privatim Institutiones Justinianaeas* interpretabitur, nec desiderantibus novum Collegium *Pandectarum* vel aliud in quavis juris parte deerit.

IO. DANIEL GRUBER, D.

PRaeter labores *privatissimos*, publice Monzambani commentationum de statu Imperii R. Germanici *pensum ultimum* absoluet hora XI. *Privatim* ill. Boehmeri *introductionem in ius Digestorum* binis in dies singulos horis, VIII. scilicet atque X. explicabit, horaque IX. ad *nucleum historia novissima* tradendum, conuertetur, & quod ex *historia mediae aevi Germanica* ab interregno magno ad Maximilianum I. deducenda superest, hora III. diligenter prosequetur, eoque pacto ad imbibendam futuro semestri cum iuris publici, tum iuris Canonici doctrinam, auditorum animos rite praeparabit; praelegendi initium factururus a. d. XIII. Maii.

JO. FRIDERICUS KAYSER,

J. V. D. & P. P. Ord.

Publicis *Lectionibus* Jus Feudale ad ductum Examinis Strykiani explicabit. *Privatis horis* Collegium ff. praeterlapso Semestri coeptum omni studio & industria continuabit. De novo autem in gratiam

4) 26

tiam eorum, qui velut novi Justiniani Jurisprudētiaē sacris demum
initiari cupiunt, *Institutiones Imperatorias* exponet, nec in aliis legiti-
mae scientiae partibus, Jure publico scilicet, ad *Introductionem Schve-*
derianam, ac Jure Canonico, pro Dnn. Commilitonum desiderio, offi-
cio suo defuturus.

JO. FRIDERICVS BUSHI

Jur. P. P. Ordin.

Publicas praelectiones ad Siruvii Jurisprud. Romano-Germanicam ad
finem, Deo propitio, perducere allaborabit; observationes quoque
& disputationes publicas in hunc libellum, ob alios labores aliquamdiu
intermissas, majori, quam adhuc fieri potuit, diligentia continuabit.
Privatim non solum in eo cursu, quo universi Juris ambitum emetiri
coepit, sedulo perget: sed nova etiam collegia ad *Institutiones Justi-*
nianaeas, *Pandectas* & *Jus feudale* inchoabit.

GEORGIVS LVDOVICVS LEVTNER

PROFESSOR JUR. EXTRAORD.

Publicis Lectionibus *Institutiones Juris Civilis* ad ductum *Examinis*
Hoppiani explicabit. Privatim Collegium ad *Vitriarii Institutiones*
Juris Naturae, vel, si mavultis, ad *Pufendorffii Libellum de O. H. & C.*
nec non ad *Institutiones Justiniani* tertium auspicabitur. Lektionen
Pandectarum ad ductum *Ludovicianae Doctrinae Pandect.* ceu libelli &
Autoris meritis & *paediae* ex asse accommodatis regulis se quam maxi-
me commendantis aperiet &, ne experiamini censuram *Viri Ill. Caesari-*
ni Furstnerii seu potius *Leibnizii*, quod vestra sapientia in uno *Romani*
juris corpore conclusa videatur, *Henr. de Cocceji Juris Publici Pruden-*
tiam exponet. Exercitia quoque disputatoria publice privatimque ea,
qua par est, diligentia continuabit.

IN FACULTATE MEDICA.

JOH. CHRISTOPH. HERTIUS, Med. D.

hujusque Prof. & Archiater Hasso-Darmst. Primar.

Ubi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, si
quacunque ratione Philiatorum conatus promovere poterit.

D. MICH.

D. MICH. BERNHARDVS VALENTINI,

Archiat. & Prof. Med. Ord.

DEo vitam viresque clementer largiente *publice* Praxin Medicinæ generalis, *privatim* autem specialem consultatoriam profitebitur.

D. JOH. CASIMIR. HERTIUS,

D. & P. P. O.

Publicè ad botanicos redibit Labores: *privatim* verò in Collegio anatomico ab Osteologia denuo ordietur, in aliis quoque Nobiliss. Dn. Dn. Commilitonibus non defuturus.

D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

Med. P. P. O.

Publicè institutiones explanabit. *Privatim* desideriis Dn. Dn. Commilitonum promptus occurret.

D. JO. THOMAS HENSING,

Med. Prof. Extraord.

Publicis lectionibus historiam morborum chronicorum continuabit. *Privatim* desiderio Dominorum Philiatorum studium suum accommodabit.

CHRISTOPH. BERNH. VALENTINI,

Med. D. & Prof. Publ. Extraord.

Publicè plantas officinales demonstrabit earumque usum ac vires secundum ductum *Pauli Hermanni Characterismorum Materia Medica* explicabit. *Privatim* in *Compendium Turnesfortianum* suum commentabitur aliisque Dn. Philiatorum desideriis se accommodabit.

IN FACULT. PHILOSOPHICA,

MICHAEL BERNHARD VALENTINI,

Utilitatem Philos. Experimentalis *publicè* in microcosmo & *privatim* in macrocosmo demonstrabit.

D. JOH.

D. IOH. GEORG. LIEBKNECHT,

Mathematicum P. P. Ord.

Publice ad editam nuperius Mathematicorum Elementorum partem primam *Lectiones de Mathesi* in genere instituet, easque cum Deo continuabit. Priuatim *omnium Scientiarum Mathematicarum* explicationem, intra anni spatium absoluendam, itemque *Geographiam* Mathematico-Historicam denuo resumet, nec deerit officio, si in aliis quoque *Matheseos* scientiis Dn. Commilitonum desideriis intervire poterit.

IO. HENR. MAIVS,

Antiquit. ling. Gr. & Orientalium Professor.

EX voluntate ac desiderio nonnullorum publice epistolam ad Ebraeorum gentem perscriptam commentationibus Philologicis illustrabit; priuatim vero eam vel linguam, vel professionis sibi concreditaе partem, promte pertractabit, in quam vota mentesque & sententias auditorum inclinare intellexerit,

D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

Physic. P. P. O.

Qua *publice*, qua *privatim*, votis ac desideriis sedulorum Philosophiæ naturalis cultorum velificabitur,

D. JOH. CONRADVS ARNOLDI,

Log. & Metaphys. Prof. P. Ord.

Studiosos Logicæ atque Metaphysicæ, adformandam syllogismorum justam structuram, vulgo disputantium vel ignotam, vel neglectam, cum legitimo usu, *publice*; *privatim* vero, juxta theoriam, ad praxin utriusque disciplinæ necessariam, B. c. D. fideli & facili methodo manuducet, ductum secururus, quem Auditoribus diligentioribus, arridere intellexerit, vel recentioris, vel antiquioris alicujus systematis planissimi, ut promptitudine, veritatem inveniendi, communicandi, interpretandi, de erroribus judicandi, eosque refutandi, satis instruantur, nec, in tam aperto regiæ bene ratiocinandi viæ compendio, per *πολυπραγµόνων* Logicorum

gicorum, fumos vendentium, distractiones irretiti, hinc, secundum Lu-
cani versum, *Logica deserta petant dispendia silva.*

SEBASTIANUS MASSON, P.

Priuato studio collegium iuris naturae & gentium, praeunte ill. Pa-
fendorffio de off. H. & C., fementruo expediendum suscipiet. Nec
minus politicae prudentiae regulas iuxta elementa celeb. Buddei, vel gal-
lico, prout a nonnullis enixe desideratum, si res porro tulerit, vel solito
latino idiomate, intra eandem quidem temporis metam exponet atque
illustrabit. Morales quoque praelectiones ad laudatum auctorem, si plu-
res fuerint qui cupiant, adiiciet. Publica autem opera consuetum hacte-
nus selectiora ex iurisprudencia vniuersali themata ventilandi exercitium,
institutum haud inuile visum diligentioribus, diligenter continuabit.

CHRIST. FRIDER. AYRMANNVS,

Histor. P. P.

Exposita superiori semestri publicis praelectionibus Historia recentio-
rum temporum Germanica ex potioribus nonnullis historiae uniuersa-
lis fontibus, eo quod proxime sequitur temporis interuallo Historiam
Romanam & antiquitates tradet ex ipso historicorum Ro. principe T. Li-
nio, hinc inde tamen ex aliis autoribus supplendo. Eum obseruationi-
bus ex Geographia, Chronologia, numis, inscriptionibus, &c. petitis il-
lustrabit, & historiae iustae, ac styli item historici rationem & virtutes
declarabit, ita ut eadem opera proprietatis & elegantiae Latini sermonis
studiosis inseruiatur. Priuatim Historiam universalem Cellarii repeter,
antiquiora tempora aut praetermittendo, aut parcius, quam hactenus
consuevit fieri, attingendo. In Historia Germanica ductum sequetur
compendii Schmausiani, non aequalis apud omnes ualoris ac pretii, nu-
per tamen aliunde ad nos aduecti & commendati. Iunget proxime
lectiones Juris publici & Historiae Juris. Cum uacabit, etiam Institu-
tiones Juris & Pandectas ex principiis historicis explicabit. Quin imo
successu temporis per omnes propemodum disciplinas diffusum latissi-
meque patentem historiae usum, connexasque uicissim cum historico
munere quam plurimas professiones alias, peculiaribus de iisdem insti-
tuendis praelectionibus demonstrabit.

D. JOH.

D. JOH. THOMAS HENSING,

Philos. Natur. Chem. Professor Ordinarius.

PUBLICè & privatim omnem movebit lapidem, ut in Chemicis docendo, laborando & demonstrando curiositati atque utilitati Dominorum Studiosorum consulete queat.

JOHANNES RHENIUS,

Eloquentiæ & Poëseos P. P. O.

Divina gratia favente Partitiones Vossii oratorias diebus Lunæ & Martis publice illustrabit; Jovis vero & veneris diebus ovidii Tristium libros enucleare ab initio incipiet. Insuper privato studio collegium epistolicum & oratorium in vtraque lingua practicum addet, orationes in illo elaboratas ut recitent eloquentiæ cultores curaturus, nec alia desiderantibus, ad provinciam suam spectantia denegaturus.

CHRISTOPH. LVDOVICVS RÜDIGER,

Prof. Phil. Extraord. & Symmysta.

IN *Cursu* quo derinemur *Philosophico*, praemissa de imputatione actionum humanarum reliqua materia, in vtilissima *Decori doctrina*, ad exitus ut provehamur optatos, per aestatem, sine intermissione & iugiter desudabimus. Sicut & eos, qui ad laudem stili vsque adhuc contenderunt, integræ nunc orationis corpus formare exercitatione dilucida docebimus. Quibus etiam arma gentilitia, geometricè delineandi & resoluendi, heroum artificium, *Heraldica*, vulgo nomine veniens, annectemus. De reliquo, ad Dnn. auditorum sensum ac voluntatem, in fori philosophici quacunque disciplina instillanda, totos nos, quam pronissime conuertemus.

